



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd beatius quemquam liberum hinc exire, quàm post mortem liberatem
quærere. Iviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

idem presbyter die quadam ad balnea iturus, intra semet ipsum cogitans, dixit: Viro illi qui mihi solet tam deuotissime ad laudandum obsequi, ingratus apparere non debeo, sed aliquid me necesse est ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox, ut peruenit ad locum, hominem inuenit: atque ex more eius obsequio in omnibus usus est. Lauit itaque, & cum iam vestitus voluisset egredi, hoc quod secum detulit obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens, ut benignè susciperet, quod ei charitatis gratia offerret. Cui ille incerens, afflatusq; respodit: Mihi ista quare das pater? Iste panis sanctus est, & ego hunc manducare non possum. Me etenim quem vides, aliquando loci huius dominus fui, sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem mihi prestare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, ut pro peccatis meis interuenias: & tunc exauditum te esse cognosce, quum huc ad laudandum veneris, & me minimè inuenieris. In quibus verbis disparuit, & is qui esse homo videbatur, euangelico innotuit, quia spiritus fuit. Idem vero presbyter, hebdomada continua fse, p eo in lachrymis afflitus, salutarem quotidie hostiam obtulit, & reuersus poste ad balneum, eum minimè inuenit. Quia ex re, quantum profit animabus immolatio sacræ oblationis ostenditur: quando hanc & ipsi mortuorum spiritus à viuentibus pertinent, & signa indicant, quibus per eam absoluti videantur.

Quod beatius sit quemq; liberum hinc exire, quam post mortem libertatem querere. Cap. LVIII.

Cunctis ostenditur: quia si insolubiles culpæ fuerint, Grego. in ad absolutionem prodesse, minimè etiam mortuis via sua dialo etima sacræ oblationis possit. Sed sciendū est, quia illis sacrificiis victimis mortuis profit, qui hic viuendo obtinuerint, vt eos eriam post mortem bona adiuuet, quæ hic pro ipsis ab aliis fiunt. Inter haec autem pensandum est, ut tutior via sit, ut bonum quod quisque post mortem sperat agi per alios, agat dum viuit ipse per se. Beatus quippe est liberum exire, quam post vincula libertatem querere.

Quod nullus debeat rogare pro peccato, quod est ad mortem. Cap. LIX.

Grego. in

Peccatum quippe usque ad inferos dicitur, quod ante suis moræ finem vitæ praesentis per correctionem ac pœnitentiā libus: